



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

De Iustino apostata. Cap. IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

HAYMO DE CHRISTIA.

nis cunctorū crucis apparuit signū. Quo attoniti mira-
culo, plurimi Christo crediderunt. Hic etiā Julianus
ad cumulum nequitiae summē contra deum, insigne
Christi simulacrum, quod apud Cæsaream mulier à
sanguinis liberata profluvio collocauerat, satis impu-
dēter deponit, suamq; eodem loco collocat imaginē,
quæ igne de cælo cadente postmodū fulminata est,
caput cum ceruice vna in terra est deiectum. Reliqua
pars hactenus ad iudiciū fulminis reseruatur. Tunc
vero Pagani imaginē Ch̄ri cōfregerunt, quā postmo-
dū Christiani recolligentes, recōdiderunt in ecclesiā.

EX CONCILIO apud Alexandriā,

Caput IX.

In terea cōgregatis apud Alexandriam paucis nu-
mero confessoribus, licet fidei merito multis, ad
sedandas hæreticorū procellas tractatur, quibus-
dam eorum ad rigorem ecclesiæ dicentibus: non de-
bere eos recipi in sacerdotium qui se vtcunq; conta-
gione hæretica maculauerint, alijs vero ad cōpassio-
nem promulgantibus, non debere negari aditum ab
iurato errore perfidiq; redeuntibus. Additur quoq; in
illo conciliij decreto, plenior de spiritu sancto disputa-
tio, vt eiusdem substantiæ ac deitatis cuius pater & fi-
lius crederetur, nec quicquam prorsus in trinitate aut
creatum, aut inferius, posteriūsve diceretur, sed de dif-
ferentia substantiarū & subsistentiarum sermo eis p
scripturas motus est, quas Græci vrias & hypostases
vocant. Quidam dicebant substantiā & subsistentiā
vnū videri, quia tres substancialias non dicimus in deo,
nec tres subsistentias dicere debeamus. Alij vero qui-

RERVM MEMO. LI.B IX.

bus lōge aliud substātia quām subsistētia videbat, dicebant, quia substantia ipsa rei alicuius naturā rationemq; qua cōst̄er, designet: subsistētia autē vniuersitatisque personæ, hoc ipsum qd extat & subsistit, ostēdar.

HAERESIS Sabellij breuiter adnotata. Cap. X.

Ideoq; propter Sabellij hæresim confudentis personas & dicentis, quia idem deus quando vult, pater est, quando vult, filius est, quādo vult, spiritus sanctus, tres subsistentias esse cōfitendas, quod quasi tres subsistentes personas signare videretur, ne suspicionem daremus tanquā illius fidei sectatores, qui trinitatē in nominibus tantū, & non in rebus ac subsistētiis confitentur. Sed de incarnatione dñi comprehensum est, quia corpus quod suscepserat dñs, nō sine sensu, nec sine anima suscepisset. Quibus caute moderatōq; compositis, soluto concilio, Eusebius vir illustris potens in verbo doctrinæ, orientem circuit atq; Italiam: & illius circumferens decreta, singulas quasq; ecclesiás ad sanitatem rectæ fidei reuocat, idem moliēte Pictaviensi episcopo Hilario, viro naturaliter eruditō, & commodissimo ad persuadēdum, cuius multa extant opuscula & libri de fide nobiliter editi contra versutias hæreticorum. Interea Julianus imperator contra Persas pugnaturus litat Apollini, poscens responsa, nec suscipit. Percontati dæmones de causa silentij, aiunt, sepulchrum Babilœ martyris prope positum impedire. Tunc ille venire Galilæos (hoc enim nomine nostros solitos erat appellare) & auferre sepulchrum martyris iubet. Conueniuntq; nostri psal-

F v